

salubre ministerium. Tertium est, q̄ Prælati Fratres à se electos & examinatos presentēt Episcopis, vt ab eis acceptati & approbati possint confessiones audire. Et ex tali approbatione & acceptatione Episcoporum, manent legitime confessorij in diœcesi, vel diœcesibus illius Episcopi, vel illorum Episcoporum à quo vel à quibus fuerunt acceptati. Formā autem presentandi Confesores juxta præallegatam Clementinam Dudum, præscribit. Doctor Nauarrus in Manuali Hispano, cap. 27. num. 267. & illam adanget iuxta Concilij Tridentini decretum Pater Frater Emanuel. 1. Tom. qq. q. 59. art. 3. Vbi etiam aduertit prædictam Clementinam concedere Episcopis vt examinent Fratres cum ipsis concedat auctoritatem ad negandā licentiam presentatis, iuxta id causa suadēte, vt dicit Glossa. Ex quo Regularis Sacerdos Ordinis Prædicatorū & Minorū à suo Prælato expresse, aut tacite presentatus Episcopo, si dignus reperiatur sciētia, nec cōstet indignū esse defectu prudētiæ & morum, approbandus est semel ab Episcopo, vt idoneus cōfessarius pro seculariū confessionibus audiendis. Si vero Episcopus viros plane idoneos & doctos Regulares

Ordi